Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Veni stella lux maris inluminans populum exulte
ac in gaudium tolles ante diem. Veni virgo regina
mundi reduc fluctuantem ad unitatem fidei quia
salutantur celi. Veni deposce spiritum sanctum donat p
penitus ut purgatis mentibus in huius vite actibus
Veni laudemus filium laudem sancti spiritum laudemus
patrem omnium qui nobis dederunt auxilium. Sin lucam
In illo tpe: Exurgens Maria abiit in montana
cum festinatione in ciuitatem iuda; et intrauit
in domum zacharie: et salutauit Elizabeth.
Et factum est ut audiuit salutationem Marie Eli
zabeth: exultauit infans in utero eius. Et repleta est
spiritu sancto Elizabeth: et exclamauit voce magna
et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et be
nedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi
quod veniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta
est vox salutationis tue in auribus meis; ex
ultauit in gaudio infans in utero meo. Et be
ata que credidisti: quia perficientur in te ea que
dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat
anima mea dominum: et exultauit spiritus meus in deo
salutari meo. Quia respexit humilitatem ancil
le sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes. Quia fecit mihi magna qui
potens est: et sanctum nomen eius. et misericordia eius
a progenie in progenies timentibus eum. Fecit